

# P. VIRGILII MARONIS BUCOLICA.

## ECLOGA. I. CUI NOMEN TITYRUS.

### ARGUMENTUM.

**Q**uum Virgilius, cujus personam hic sustinet Tityrus pastor, agrum vicinum Cremonæ amisisset, Romam venit: ubi quum sua eum carmina Mecœnati commendassent, Mecœnas autem Augusto, agrum recuperavit. Tityrum igitur felicem esse prædicat pastor Melibœus: ( sub cuius nomine cæteri quoque pastores Mantuani intelliguntur ) & suam contra calamitatem deplorat, finibus suis a milite veterano pulsus. Ipse autem Tityrus se tanti beneficii auctorem colere, & semper culturum esse proficitur.

### MELIBŒUS, TITYRUS.

ME. I.



*Tityre, in patula recubans  
sub tegmine fagi  
3 Sylvestrem tenui musam  
meditaris avena.  
Nos patriæ fines, & dulciora  
linquimus arva.*

Ab antiqua Virginiorum familia diminutivum deduxerim potius, quam cum Grammaticis a virginea modestia, unde & Parthenius dicitur: vel a virga laurea, vel a Vergiliis, unde Vergilium scribi oportere ostendit Ang. Politianus 7. Miscel. Subintellige *πη. a βυκόλος* bubulcus, i. d. carmina pastoralia... Ab *σκ*, & *λέγω*. An quod hæc Bucolica e Theocriti Idylliis excerpta sunt? ut vult Turnebus 9 l. Adv. c. 22. An potius

quod ex incondita turba eorum, quæ subito excidissent calore, selecta quædam, & concinniora *ἔκλογος* appellare placuit? ut cenet I. C. Scal. 1. Poet. c. 4. 1 E Theocr. Idyl. 3. adoptatum poetæ nostro nomen, pastori satis aptum, cum Tityrus Libyce *βίρυς*, Dorice *latyrum* significet, & *βίρυς* Athenæus l. 4. 2 Summo in ocio, & securitate resipinus, & membra stratus in umbra. 3. Rusticum carmen *μελετῆς*, exerceas, ludis.

A 2 Nos

R. 6. 095

1761  
1960